



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, M.DCCXI

Do Santo Officio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84777](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84777)

Do Santo Officio.

CENSURA.

Librum in selectiores Modernorum Controversias à te, Illustrissime ac præclarissime Domine, mihi commissum, quem in Orbis lucem profert Reverendus admodum P. M. Carolus Antonius Casedi, è Societate Jesu, olim in Universitate Mediolanensi publicus Theologiæ Magister, & supremæ Hispanicæ Inquisitionis Qualificator, de primo ulque ad ultimum apicem perlegi; & opus sanè pulchrum mihi videtur, & mirabile: Catholicis namque symbolis, morum regulis, ac doctissimis dissertationibus ita est ornatum, & plenum, ut omnis prudentiæ ac doctrinæ fecundissimum videatur simulachrum; nec ulla, nisi sui ipsius, indiget approbatione; nam, ut ait Petrarcha: *Sapientia non eget titulis, per se ipsam clara est*: seu, ut Divus dicebat Ambrosius, *Liber ipse per se loquitur*; & cum nihil contineat contra fidem, aut bonos mores, & prælo, & æternitate dignissimum iudico. Ita censui. Ulyssipone in Collegio Dominae nostræ ab Stella die 3. Julij anno Domini 1710.

Petrarcha
de Rema.
utrinque
fort. Dia-
log. 46.
D. Ambros.

Doctor Fr. Hieronymus de Santiago Qualificator.

CENSURA.

Volumen istud in Selectiores Modernorum Controversias, à Reverendo admodum Patre Magistro Carolo Antonio Casedi è Societate Jesu, olim in Mediolanensi Universitate publico Theologiæ Magistro, ac Supremæ Hispanicæ Inquisitionis Qualificatore, eruditissimè compositum, (sic jubente Supremæ Inquisitionis Senatu) non minùs attentè, quàm voluptuosè legi, in illo siquidem (ob ejus jucundissimam claritatem) gratissima invenitur dulcedo, ad instar illius ab Ezechiele (1) alio in volumine adinventæ. Mellis sanè dulcedo, quod iste ingeniosissimus Apes, mirabili genio, & ingenio, varia lectione, & electione, probo, & improbo labore, ad salubriter, ac suaviter humanos condiendos mores, quibus rectè instructi, possint reprobare malum, & eligere bonum, (2) ex selectioribus Doctorum floribus, fabricavit. Dulcedo, potius, inquam, Manna, quæ non solum doctrinarum delectamentum selectiorum habet, sed omnium etiam Doctorum, saporis suavitatem continet. (3) Dulcedo denique Ecclesiæ Sanctæ gutturi aptissimè deserviens, sicut & Sanctæ Animæ, alterius fructus, frondes inter alios reperti, gratissima extitit dulcedo. (4)

Opus igitur grandis istius libri, verè scripti hominis stylo (5) rum ex materiæ importantia, tum ex formæ gravitate, tum ex questionum profunditate, tum ex resolutionum veritate, tum ex fundamentorum soliditate, multoties se præbet utilissimum; unde illud quisque doctus, pede potest decurrere inoffenso, uti de Hilarij libris optime Hieronymus scribebat. (6) Multa de illo dicere,

1. Comede volumen istud: & comedi illud, & factum est in ore meo sicut mel dulce. Ezech. 3. v. 1.

2. Mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum. Isai. 7. 15.

3. Omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem. Sap. 16. v. 20.

4. Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo. Cant. 2. v. 3.

5. Summe tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis. Isai. 8. v. 1.

6. Hilarij libris inoffenso decurrat pede. D. Hieronym. in lect. fest. S. Hilarij.

cerem, si vel Religiosissimi Auctoris modestia, vel Censoris munus, licentiam perhiberet; nec tunc tamen esset satis pro merito laudatum, quod admiratione potius, quam laude commendari debet; est enim (ut dicam cum Apelle, tabulam à Protogene depictam admirante) *Ingens labor, ac mirandum opus, desunt tamen gratiæ, quæ illud auferant, atque in Cælo reponant.* Quamobrem librum iudico dignissimum, non solum ut typi manderur, sed ut omnia in eo contenta, tamquam orthodoxæ fidei, rectique moribus consona, plumbi lamina, vel cæcis sculphantur in silice. (7) Ita cenfeo in Regali Job c. 19. Lisbonensi Cœnobio Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, die 29. Julij anni Domini 1710.

Frater Josephus de Souza.

Vistas as informações, pode-se imprimir a Obra Moral, Primeyro Tamo, de que trata esta petição, & impresso tornará para se conferir, & dar licença que corra, & sem ella não correrá. Lisboa 29 de Julho de 1710.

*Moniz. Hasse. Monteyro. Ribeyro. Roêba.
Fr. Encarnação. Barreto.*

Do Ordinário.

Pode-se imprimir o livro de que trata a petição, & depois de impresso tornará para se mandar correr. Lisboa 2. de Agosto de 1710.

Bispo de Tagaste.

Do Paço.

C E N S U R A.

LEgi, ac perlegi de mandato Maiestatis tuæ hunc librum compositum à P. Carolo Antonio Casnedi Societatis Jesu, opus certè egregium, & omnibus numeris absolutum, in cujus laudes me effunderem, nisi timerem Auctoris modestiam lædere; vereor enim, ne adulandi crimen subeam, & assentatoris notâ inurar; ea namque est operis ratio, ea concinnitas, & præstantia, siue resolutiones attendas, siue fundamenta spectes, siue solutiones perpendas, ut quidquid excogitari, dicique valet, ab omnibus, qui illum in manus acceperint, & oculis perlustrarint, longè meritis inferius censendum sit. Unum tamen silentio involvere non possum, quòd scilicet miraculi speciem præ se ferat, quippe rem inevidentem sic tractat, ut evidentem efficiat, & probabilem